

1583. in Abri.

Ex m. s. Bibl. Latius: n^o 255.

Littere Cardinalis Commendonij
ad Regiam Majestatem.

De adventu andree Bathori in urbem.

180
Serenissime Rex. Illustrum Principum
Andream Majestatis Vestrae fratris
filium suscepturus eram ego omni hono:
re, atque omni observantia prosecuturus,
quia M. V. cum arcta propinquitate
attingeret, et id mihi ab ea praeuere:
tur, sed adolescentis ipsius ea est indo:
les, atque adeo haec mature jam religio:
nis modestia, ac virtutis laudes, ut si
privatus, nec ulla aut generis sui, aut
Majestatis Vestrae commendatione in
hanc urbem venisset ob excellentiam
ejus ingenij, atque animi bona ample:
ctendus nobis ferendusque in oculis fue:
rit. Itaque est, quod ego gratuler M^{is}
Vestrae, quod cum habeat, et gravitate
et integritate morum, ut cultu Christi:
anae pietatis et omnibus artibus disci:
plinae, ex qua praeiit, et nostra omni:
um spei, atque optatis responsurum, cu:
jus quidem Majestatis Vestrae sapien:
tia, et erga rem Christianam, et Catho:
licam Ecclesiam studij haud postremum
argumentum fuerit, quod juvenem ve:
luti constantiae, fideique, suae pignus ec:
clesiae ipse tradiderit. Quae cum ita
sint, et non scribente me profecto
Majestas Vestra intelligit, me huic
nullo benevolentiae, fideique studio, un:
quam defuturum, Deum precor, ut eum
nobis

Nawakow

nobis seruet, et maiestatem vestram o:
mnibus rebus florentem celestis gratie
sue muneribus, augeat semper ac tue:
atur. Ex Munlio Idib: Decembris.
Millesimo Quingentesimo Octuagesi:
mo Tertio.

Maiestatis Vestre
, deditissimus.
Ioh: F. Cardinalis Formendonus.